

107. 60-

S C H E M A
P A R E N T A L I V M
S V M M Æ S P E I A D O L E -
S C E N T I . I L L V S T R I S S I M O D O -
M I N O D . H I E R O N Y M O C H R Y S O S T O M O
C H O T K I E W I C Z

2
S t u d i o s a i u u e n t u t e A c a d e m i æ V i l n e n s i s
S o c i e t a t i s I e s u , p r i d i e C a l e n d : A u g .
A n n o 1 6 1 3 . c a t o r u m .

Per eandem, ad diem funebris pompæ expansum.
Mæstoty illius Parenti,

I L L V S T ^{mo} A C M A G N I F I C O
D . D . I O A N N I C A R O L O C H O T K I E W I C Z
C o m i t i i n B y c h o w , S z k l o w , & M y s z .
S u p r e m o e x e r c i t u ſ u M . D . L . D u c i ,
G e n e r a l i S a m o g i t i æ C a p i t a n c o ,
L i u o n i æ G u b e r n a t o r i ,
c o n s e c r a t u m .

V i l n æ A p u d I O S E P V M K A R C A N U M
A n n o D o m i n i 1 6 1 4 .

IN GRYPHEM GENTILITIVM
ILLVSTRISSIMI AC MAGNIFICI DOMINI D. IOANNIS
CAROLI CHOTKIEWICZ, COMITIS IN BYCHOW,

SR. LOW &c. &c. &c.



Quid mucrone minax possit Gryphs, cerne quod
Digma, quod illius, cingit vtrumq; latus. (ter)
Quam sit ei in fidei Harpyias constantia velox
Clamant cum soleis, cum iaculisq; Cruces,
Quas hosti clades, Patriæ peperit quot honores
Testatur Patrium W, triplicesq; gradus.
O felix Gryphes, non iam volucrum atq; ferarum
Inde, sed humanas educere digne, manus,



10410

203363



A D
ILLVSTRISSIMVM ET MA-
GNIFICVM D. D. IOANNEM CAROLVM
CHOTKIEVICZ, Comitem in Bychow, Szklow,
& Mysz, supremũ exercituũ M. D. L. Ducem,
Generalẽ Samogitiæ Capitaneũ, Lio-
niæ Gubernatorẽ .&c. &c.

ARtemisia, non minus bello, quam pace celebris
Regina, Ill^{me} & Ma^{ce} Domine, vt Mausoli mariti sui
nomen æternitati consecraret, profusis vndiq; diui-
tjjs, ita pòetas & Oratores in eius laudes excitauit,
vt præcipuos quosq; in celebrandis rebus ab eo ge-
stis, sedulo desudantes, & mutuo inter se certantes
viderit: ita in exequiis splendorẽ, cum amore con-
iunxit, vt cinerum eius partem, in monumento ad
septem orbis miracula prouecto, condiderit; partẽ
poculis insperã, in propriis visceribus sepeliuerit, se
ipsam sepulchrũ exhibens ei, à quo nec viuente, nec
mortuo, nec viuens ipsa, nec moriens, diuelli voluit.
Æmulata est in parte hanc reginam Academia no-
stra in morte vnici filij tui, charissimi alũni sui HIE-
RONYMI CHRYSOSTOMI: nam vt primũ de ea nun-
cium accepit, parentalibus vel cum ipsa Cariæ re-
gina certare decreuit. Itaq; tam magnificum ei in
Oratorio sodalitatis excitauit mausoleum, tã multa
& varia Pòetarũ atq; Oratorũ inter se certantiũ pro-
duxit opera, vt plerosq; qui ea spectarunt, in admi-
rationẽ rapuerit, me etiam ad Schema eorũ exhi-
bendum, & tibi consecrandum traxerit. Verũ cum

cū nec ea fuerit libelli moles, vt tot, tamq̄ varios
ingeniorū fæctus potuerit capere: nec ea mei ingenij
subtilitas, vt Homeri Iliadē nucleo potuerim inclu-
dere; neceſſe fuit, vt multa prima tantū fronte ad
umbrarem, plura etiam omitterem. Tu qua pruden-
tia es, ex vngue leonem, ex capillo hominem, ex
his pauculis, à nobis tumultuaria opera in publicū
productis, Academix noſtræ in te, tuosq̄ cognoſces
affectum. Optaſſet quidem illa magis, pro eo quo
in te eſt animo, ad arcus triumphales, ad lauros, ad
palmas tuas, vt aſſolet, canere, quam ad Mauſoleū
filij, & ferales taxos, atq̄ cupreſſos gemere; quia ta-
men ei, cui nos, noſtraq̄ omnia debemus, in omni for-
tuna non deſſe par erat, & ipſa quoq̄ virtus HIERO-
NYMI atq̄ indoles ad officiū præſtandū impellebat:
fecit, quod potuit, & HIERONYMVM tuū ſuūq̄ æter-
nitati cōmendauit. Viuet enim ille ſemper, nec no-
men & virtutes eius vlla vnquā vetuſtas abolebit,
vlla ætas conticeſcet. Tibi vero in hoc tuo luctu, &
mærore, quo te affici nemini dubium eſt, vel hoc ſo-
lum, ſolatio eſſe debet, quod Hieronymum tuum
non tam perdidisti, quam Deo & auguſtiſſimæ eius
matri, quibus eum vix ortum conſecraueras, eorū
dē quo conſecraueras die, Viſitationi eiusdem San-
ctiſſimæ Virginis, Sacro reddidiſti Accepitq̄ poten-
tiſſima Domina munus gratiſſimum, & in illam bea-
torum, ad quam omnes ſuſpiramus, patriam dedu-
xit: vbi (vt pie ſperamus) pro cucullata lacerna, in
qua

uā ab vtero penē gestatus, & sepultus est, candi-
am gloriæ stolam, pro consertis in coronam glo-
ulis, quibus Angelicam Salutationē, etiam inter-
mortuis vocibus adnumerabat, immarcescibilem
almam; pro illa suprema prece, ad quā collecto
ultimo Spiritu, deficientes graui morbo manus extu-
it, & totū corpus cum stupore adstantiū in pedes
erexit, beatorū cōsortiū ciuium, dono filij reddidit,
& eiusdem æquissimi, summiq; meritorū arbitri vo-
luntate adiunxit illi choro candidatorum virginū,
qui agnum, quocunq; iuerit sequuntur, & beata æ-
ternitate cum ipso perfruuntur.

**Vnus ex academica iuuentute
nomine omnium**

SCHEMATIS PARENTALIVM

Pars I.

Ingressus ad Parentalia, Sedulitas Academicorum
in comparandis, ad ea, necessarijs. Sacrum Offi-
cium. Fama posthuma, vitæ & mortis genus re-
texens. Poëtæ immaturū exitum deplorantes.

EX multis diebus, qui nobis in vita nostra tristes & luctuosi acciderunt
Illustrissime Domine: tristissimus & luctuosissimus fuit ille, quo de fili-
tūi morte, inopinatus ad nos peruenit nuncijs. Etenim quantum animo
& oculis, peruestigare potui, neminem, ex tot amplissimæ huius Ciuita-
tis ordinibus, atq; vniuersi Ducatus Lituaniæ proceribus, conspexi,
qui non magnum inde Rempub. damnum, magnum Patriam vulnus tur-
lisse censeret: Quin & ipsum cælum, non multis ante diebus serenatum,
in nubes se ad eum collegisse, & vberrimis, frequentissimisq; imbribus,
tantam Reipub. cladē, defleuisse visū est. Nec verò exigua communis doloris,
atq; tristitiæ pars, in nos est deriuata est. Sensit eam amplissimum hoc
honestarum artium Athenæum, sensit nobilis ad illud consuetudinem con-
rona Adulescentum, senserunt & piacularibus hostijs litarunt, qui augus-
tissimo huic Musarum prædident domicilio. Attamen tanto vehemen-
tior Academiæ nostræ animum tristitia inuasit, tantò acerbior luctus atq;
dolor occupauit, quantò magis parentes mors filiorum, quam alios
quosvis, arctissimo etiam consanguinitatis nexu coniunctos afficere so-
let. Vnde subito in lachrymas dissoluta, has threnodias, has visa est ca-
nere nanijs

Auster, nymbiferis, cælum complectitur alis,
Luctiferoq; Notus, gemebundum perluit ore
Gymnasium, lymphas Thyphones, in aëra vasto
Absorptas portant pelago, minitantur & imbres.
Ipse Pater, radios in nubem vertit opacam,
Phæbus, flent nubes, Cæli flent, mæret Olympus.
Suggeret ast nostris, Nereus quis flumen ocellis,
Flumen, quod superet Nili septemplex vndas.

Non

Non tanta Oleniæ signum pluuiale Capellæ,
 Non tanta V rion lachrymarum stagna ministrat.
 Huc huc Pleiadum tristes properate Sorores,
 Huc Hyadum fratris nece, mæsta caterua sororū.
 Heu iacet, exanguis, ЧОТКІЕWICZ conditus vrna,
 Quem mihi, crudelis, deuotum inuidit Olympus.
 Huc huc coniunctas, votis, celerate Camæna
 Patrhenici, atrato muri velentur amictu
 Mærentes; Mystæ pullas operentur ad aras
 Sirmate contecti, taxis, mixtaſq; cupressos
 Atria funereis, prætendant, atria mœsta

Hic tam inominatus nuncijs, quibusdam ex Academicorum numero mentē
 attonitam reddidit, quibusdam oculis lachrymas excussit, omnibus altum
 in pectore reliquit vulnus. Vbi sibi redditi, omnes operi præscripto se ac-
 tingunt, ille pullam vestem ad parietes oratorij amictuos colligit, hic
 arbores ad cenotaphium excitandū comparat, pœta elegos, nantias, orator
 threnodias, inscriptiones meditatatur; feruet opus, parant singuli, pro se quisq;
 sedulo, quod conferat quasi Symbolon ad parentalia exornanda. Vix se-
 quens illuxit dies, confluunt Academici, hic Emblemata, ille Epigrammata,
 hic Nantiam, ille Oden appendit cetro dignam; hic frustit Cenotaphium,
 & in inscriptionibus adornat varijs, ille altare atrata vestit cyclade, deniq; ita
 neſtunt studiose singula singulis, vt inde facile colligas, quam sit verum il-
 lud vulgare: AMOR DOCET MVSICAM. Sic ergo omnibus quæ res postu-
 labat cōparatis, inferias soluunt & iusta; quæ musici lugubri voce, flexio-
 nibusq; flebilibus, Academici feruentibus prosequuntur voris. Ventum est
 ad finem facti, confidunt quos capere locus potuit; prodit in medium Pœta,
 famæ personam mentius, integerrimamq; demortui vitam, falici, sed præ-
 matura morte conclusam, elegis querebundus prouulgat.

Torridus, Enceladū, cui sum soror, Æthna cōercet
 Molitum superis, horrida bella Dijs.
 Maius adorsa nefas, an in orbe licentius erret
 Improba mors? in eam, cur tepet ira Iouis?
 Absq; cōercitione furit grauis, & ferit heu tot
 Semideos pueros, semideosq; viros,

Stantia tot sternit, rerum, & surgentia fulera
Prolem aufert, quæ ipse, tollere cæpit auos.
CHRISTOPHOROS binos, geminū prius obruit astrū
De RADIVILIACA, PACIACAQVE domo,
Dulce ducum, atq; Palatinorum germen vtrūmq;
Delicium Phæbi, spem Litauiq; soli
Dignū vtrūq; olim qui Romę holoporphiros iret,
Inq; Sionæo limine cardo foret:
Vsq; adeo raræ virtutis vterq; sobrinus,
Indole primæua fulgere vilus erat
Quin mage, quod stupefacta queror, litauia usa Gra
Atra, per illustrem, mors, temerare domū (diu
CHOTKIEVICIADEN HIERONYMON illa peracri
Mauorti Litauum, surpuit ante diem,
Marmaricæ fuit hocce Lexæ subducere Scymnum,
Aut catulum Hircanæ (res operosa) tygri.
Nescia, proh, opibus, generisue nitore moueri
Flecti armis, aris, nescia morta pijs.
Quid CAROLI CHOTKIEVICII generosius ausis?
Quid probius Nato, sanctius eius hera?
Huic tamen Heroi vis impeterrita Clot hūs,
Militiæ, raptο pignore, turbat opus,
Turbat opus, sed non animum perturbat ahenum,
Est is in hostiles acer vt ante globos
Maeste o Achillæa virtute valentior Heros
In te nunc patriæ, tota reposita salus
Quæ multi peperere diu, tu parta tueris
In patriæ fines, ne ruat hostis agis.

ualis in vrbe Conon, aut filius eius Athenis,
Qualis in ampla Ephyre, Timoleon & erat.
Qualis es in Lithauis, Comes inuictissime terris,
Arx, columen, Patriæ Lumen, honosq; tuæ
erge, tot, Hecloreis meritis, extendere nomen,
Forma, genus, vires, intereunt & opes
in virtutes, & in inclyta facta virorum,
Quæ veto, fama mori, mors fera iuris habet,
illa meus lituus, tua dudum clarat, & ornat.
Per cunctas oras cuncta per ora virum
extra solis iter, tua laus clare scit & anni,
Virtutesq; tuas, iam scit vterq; polus.
& in orbe tuum gnatum mihi certa canendi
Spes erat, eximium cui patris instar erat
anc dolor ah mihi mors nimis importuna secat spem
illi vt vitai, flamen iniqua secat.
mors ô iniqua nimis, consueta relinquere factes,
Rebus at egregijs, obtenebrare faces?
gone fax extincta iaces HIERONYME? cuius
Littaua res, flammis irradiata fuit,
m bene, fulgescēs ergo pharos, obruta squales,
A qua sperasset, naufraga puppis opem
moti superi pietate vtriusq; parentis,
Indole nil rara, nil probitate tua.
is genitore tuo. cedo, religiosior Heros?
indeprauatam, qui colit vsq; fidem.
colit & fidei HARPYIAS pius arcet inertes
Face Gebenniaca, Leucorea q; fatas.

In Samogitiaca cui præses iura dat ora
Mnemofynon statuit nominis ipse sui :
Oppidum ibi statuit dictum CAROLOPOLIN à se
Seu CAROLOSTADIUM; dicta Cretinga prius.
Mundifugis ibi cœnobium prænobile struxit,
Quos tua, ô Afsifias, regula Sacra iuuat.
Addidit, Augusto visendum schemate templum,
Post, vbi fata, cupit, Seçq; Suosq; tegi;
Iam CASIMIRVS, in hac natu minor æde quiescit
Olsa tua, ô natu maior, humanda manent.
Sacre huic militiæ, vel quam decreffet Olympus
Te nec adhuc partum, vouit vterq; parens.
Id votum, genitor tibi morte minante renarrat,
Supremo affatu; Nate pauesne mori ?
Ne mi Nate paue: te dudum addiximus astris,
Angustæq; viæ, qua facile astra patent.
Cum gereris adhuc maternâ clausus in aluo
Voui ego te, læta cum genitrice Deo.
Inter, vt hos ageres, qui relligionis amorem,
Anteferunt opibus. Lux ea festa fuit.
Lux sacra Diuiparæ, cui se annua crastina reddet
Diua ea, subsidium, spero, tibiq; feret,
Talia narranti, lætos intendis ocellos:
Ille ore auerso, mox lachrymosus abit.
Tu retinere volens abeuntem bracchia prenas
Viriculis ægris, nec retinere vales.
Te, reor, his, genitrix, factis sapientibus vsum
Docta vt erat, lachrymis est simul vsa pijs

Ante Duci genitrix Simeoni nupta Szucensi,
Nominis haud SOPHIES, immemor ipsa sui.
Æmula Diuarum, sapienti corde Rebeccam,
Moribus est castis, hæc imitata Saram.
Hæc te crescentem prudenti pollice finxit,
Instillans animis, optima quæq̃ tuis.
Crebra docebat opes animo affectare perennes,
Stantia, succiduis, & præhabere bonis.
Virtutum studijs, vigiliq̃ parare labore
Verùm animi, quo nil pluris in axe decus
Si qua facem fidei nouitas & opinio pellax
Efferat in portum, seq̃ det igne Ducem.
Ducere Nauphlicum, Dolon atq̃ Capharea Saxa
Hanc monuit scopulis naufraga faxa suis
Si fibras animi peteret malè blanda voluptas
Sirenum clausa, crederet aure melos.
His monitis, puero prudentia creuit Vlysis,
Et morum grauitas, ingenuusq̃ pudor.
Vix illa grauitate Cato puer ipse refulsit,
Tamq̃ verecundis moribus, Hippolytus.
Et memini, & meminisse iuuat CHRYSOSTOME, quã.ũ
Prudentis specimen, quale dabasq̃ viri.
Visus es ante annos, curas versare viriles,
Et quæ gessisses quoq̃ notare die
Hinc tibi ephemerides catus atq̃ diaria nectis,
Testis progressus, ad pia quæq̃ tui
Qua nam luce Deum studiosius orsus amare,
Qua luce Angelicas iuuat adire dapes.

Ædibus in sacris, te quàm reuerenter habebas?
Enthea pensa precum, qua pietate dabas.
Quæ sermonis erat tibi: quanta modestia morum,
Præcipuè, cum fas, accubuisse toro.
Mox vbi pulsa fames alijs residentibus, vnus
Surgebas coram stans genitore tuo
Summus amor tibi, sumus honos in vtrūq; parētē
Vsq; erat, huic morem, semper vbiq; gerens,
Ipse pius genitor lachrymis testatus obortis
(Mors magis, hoc æui, rarus olore nigro)
Nil abs te dictum, nil est petulantius actum,
Posslet vt offendi iure subinde tibi.
Felix vita nimis, nœuis procul integra morum,
Non nisi felici, morte probanda fuit.
Cynthia æstiferum iam presit in axe pagurum
Bis quino remeans, ad Notia astra gradu.
Adduxitq; suis, Mariana profesta Calendis
Iulius, improbius te populante febrī,
Lætus adesse diem, quo virgo numine foeta,
Viserat Elisaben, te quoq; visat aues.
Visat & ipse Deus Sacri sub imagine farris,
Quem lucens, animis exhibet ara pijs.
Ergo tibi intento das hæc mandata ministro
Crastina vt aduerit lux fauitore Deo,
Angelica dape mēs refici, atq; adiungere CHRISTŪ,
Mî sit vt ignotę Duxq;, Comestq; viæ.
Proin vbi nex medio nigra depropèrarit olympto
Tu mihi anhelanti pocla petita neges

on nisi ieiuno licet hoc admittere pignus,
Possit vt aligerum daps reuerenter edi.
t reuerenter edis, cum mysta operatur ad aras
Hospiti huic tanto, cor penetrabile paras
ccipis hunc ardens, hunc pectore poscis ab imo
Effugituram animam seruet vt ille tuam.
ec minus, hic in vota vocas, oransq; canensq;
Diuiparam; Socium consona vota iuuant.
ymn⁹ erat quo STELLA MARIS MATERQVE TONANTIS
ALMA, salutatum ferre succit AVE.
entum vt ad illud erat, quo se MONSTRARE iubetur
Esse piam MATREM, cor magis incaluit.
ocem intendebas attollens pectus in altum,
Quantum debilitas corporis ipsa tulit:
uit & adiunctio socio alternare precatus,
Et filo insertos euoluisse globos
is hilaras diuos, hilaras & vtrumq; parentem;
Et patrum, & vinctam stirpe, fatuq; domum.
uæ memor officij te dictis lenijt ægrum,
Legit & extremum, flebilis, aure VALE.
um sensim immites tibi cernunt licia parcas
Rumpere, teq; alacri pectore velle mori.
ens vt anhelabat superos, vnde orta Penates,
Sic moribunda, Parens, mēbra manebat humus.
rgo poscis humi te fracta voce locari,
Spiritus vt fugiens, altius astra petat.
ili in puluillo, quem Relligiosus ad vsum
Somni habuit mystes, mens tibi certa mori.

Argumentum ingens tibi paupertatis amorem
Insedisse animo, quam pia claustra colunt.
Non tamen hæc ardens manet indonata voluntas,
Nempe coronatur mox vt olympon adis
Mox vt Olympon adis, vt spes mihi certa suadet,
(Nam secreta poli pandere fama nequit,)
Spem facit assidui, tibi quæ, tolerantia morbi,
Viuo erat, hoc animus ritè piatus erat.
Spem facit integritas tibi quæ fuit aurea morum,
Quam Pater ingenuit, quam generosa Parens,
Digna Parens thalamisq; Ducū, Patre digna MIELECK
Lechiadarum olim qui Polemarchus erat.
Digna LEONTOPOLITANI, quam turba, Lycei
Vt sibi munificam, laude sub astra vehat.
Deniq; sp̄e facit in superos, superūmq; Monarchā,
Inq; Dei Matrem, tam studiosus amor.
Absq; piacolorum remorā Duce Matre Tonantis
Felicem superos, te petisse lares.
Nempe dies, qua tete Deo sacrare Parentes,
Sacra dies Mariæ, te stitit illa Deo.
Sorte tua felix HIERONYME morteq; tali;
Cunctis mundi opibus, quæ tibi emenda foret,
Sors Patriæ funesta nimis, quæ questibus altum
Æthera complebit lucifilonisq; modis.
Mox vt inaudierit sibi spem cecidisse recisam,
Ereptum fatis tam sibi dulce decus.
Quem sibi spondebat magnum venientibus annis,
Qualem se genitor præstitit, vsq; Patrem,

Regia Sarmatiæ, casu hoc tangetur acerbo,
Hoc Litauæq; rei vulnere, vulnus alet.
Ose WLADISLAUS, SISMUNDI Regia proles,
Quam synephebi huius, tristia fata gemet,
Quantum Relligio, sacras tutamen ad aras,
Perdere se quantam inæsta queretur opem,
Relligio romana tenax fideiq; Deiq;
Hæreseon domitrix, qua sine nulla salus.
O diui, ô diuum regina deoq; secunda,
Quam coluit viuens hic pietate cliens.
Quantum erat otio bis huic vitę concedere lustra,
Quo mihi, quo patriæ, ferret opemq; suæ.
Heu mihi, nequicquam superos in vota vocaui,
Numina nequicquam, tot venerata sacris.
Sospes vt ille pius mihi seruaretur alumnus
Aucturus tenues Relligionis opes,
Heu crescens decus hoc inuidit regia diuūm
Quæ mihi sæpe bonos, eripit ante diem.
His alijsq; modis pia deplorabit alumnum
Relligio, aureolas dilacerata comas.

Haftenus fama: eam secutus iuuenis, vestis squalore fordida, o
culi lachrymis tumidi, præficā si videre contigisset dixisses, qui sic occipit.

Planctus, Andinos Clarij per hortos
Insonet, Musæ feriant lacertos,
Et sagax neruos cytharæ sonoros,

Soluat Apollo.

Vos comas nullo cohibete nodo;
Per genas laxi fluitent capilli,



Squaleat vultus lachrymis, frequenti

Pulvere vertex.

Fletibus fletus cumulate, totas

Et dolor vires, gemitusq̄ promat

Flebiles, mæstum piccis abollis,

Cingite corpus.

Occidit sydus Litai Ducatus,

Occidit, primo roseos sub ortu

Quod statim totum radios per orbem,

Fundere cæpit.

Excipiunt eum paratis iam lachrymis tres Poëtæ, simulq̄ loquuntur, simul pectora tundunt, genas lacerant, caput cinere spargunt, nec Agathonem puro caudicium, in funere Claudii, habuisse magis qui plorarent ex animo.

Planctibus, planctus cumulamus omnes,

Tundimus pectus, laceramus ora

Spargimus totis cineres capillis;

Atq̄ fauillas.

Occidit sydus Litai Ducatus,

Occidit, primo roseos sub ortu,

Quod statim totum radios per orbem,

Fundere cæpit.

Redit primus ad Næmiam

Planctibus cunctæ repleantur oræ,

In cauis Echo residens cauernis.

Heu loco extremi sonuli, querelas

Reddat & imas.

Carolus toto geminetur orbe,

Carolus quem mors viduare gnato

Vnico, quem mors spoliare gentis
Ausa decore.

Quæ dum à tribus redduntur, non iam ipsis solum, sed toti ex oculis
ina prorumpunt conuentui, cunctis sic taciti hærent in planctu, redit
ato primus, & eos abiici non oportere commonet.

Vertite excordes, alio querelas,
Caroli gnatus lituo supremo
Pulchrior surget, Pharius fauillis
surgit vt ales.

His confirmati Academici ad se redeunt, soluitur conuentus.

CHEMATIS PARENTALIVM PARS II.

qua apparatus tēpli depingitur, inscriptionesq̃
p̃cipua ex stēmatibus desumpta poëmatum de
buntur argumenta.

Me, cum non nullis, apparatus templi, atque varietas detinuit scio
, & primum quidem, meos in se conuertit oculos, compactilis illa
Aegyptiacarum æmula Pyramidum, in medio Oratorio, impositis
ribus excitata: fronte, grandiori Romano caractere perenne illud
cebat.

NULLA VETVSTAS.

Inferne primum illud.

Astron eras oriens **HIEROMYME**, clarius orbi
Ne niteas, æther æmulus occuluit,

Deinde Poëtarum cum Oratoribus certantum Epitaphia.

D. O. M.



203363

D. O. M.

1 ÆTERNÆ MEMORIÆ PERILL. ADOLESC.
HIERONYMO, CHRYSOSTOMO CHOTKIEWICZ, IOANNIS CA-
roli, Capitan. Sam: Com. in Mysz Bychow, &c.
Sup. exerc. in M. D. L. Gen. Liwon. Guber. &c.
&c. & Zophię de mielec Filio, Patria dolente, ge-
mentibus parentibus, omnibus bonis comploran-
tibus occubēti morte immatura. A. M. DC. XIII.
Iulij. 2. ætatis suæ fere 16. Acad. Vilm. hoc posuit
monumentum. non vulgare sui, in illum olim suum
alumnum officij argumentum, ex quo si Deus illi
vitam longiorem concessisset maximum sperabat,
ornamentum:



D. O. M.

ÆTERNÆ

ÆTERNO DIEI

2

H. CH. CH.

QVEM
VIRTVS NASCENTEM HONORIS
THEATRVM
MVSÆ NATVM DOCTRINÆ
ATHENÆVM,
MODESTIA EDVCATVM HVMANITATIS
OFFICINAM.

V. E.

VIXIT PRIMAM ÆTATEM
SUPRA ÆQVALES
ANIMO ET SAPIENTIA,
FATA ANIMOSUM
VIDERUNT,
ANNOSUM CREDIDERUNT,
PUERUM SUSTULERUNT,
FATIS LECTOR IMPRECARE,
MANIBUS NOSTRIS APPRECIARE,
ME PRÆISSE MEDITERE,
BREVI TU SEQVERE.
VALE.

Anno Domini M. DC. XIII.
Prid. Calend. august.

R. S. S.

Ducitur semper noua pompa morti.

3. HIERONYMVS CHRYSOST. CHOTKIEVICZ, IOANNIS CAROLI, Sam. Cap. Com. in M. B. & S. exerc. in M. L. D. Gen. Liu. Gub. &c. &c. & Zophig de mielec Filius.

Adolescens omnibus cælitus cumulatus bonis, & donis, indole singulari, prudentia supra ætatē maiore, religione in deum, cultu in Sanctissimā dei matrem reliquosq̄ superos, amore in patriam, pietate in parentes eximia, obsequio in superiores, in pares obseruantia, in inferiores officio non vulgari.

Annos natus pene 16. sumō apud omnes ordines sui relicto desiderio, mortalitate deposita in vitam se transtulit immortalē Iulij 2. die d. V. visitanti sacro. A. M. DC. XIII. hoc in loco, quod à terra mutuatus, eidem restitutum in terrā rursus conuertendum deponi voluit, virtutis scilicet domicilium corpus. Ipsa virtus viuet superstes. Nam illa puluis & vmbra non est.

Huic Iuuenes, Iuueni plenis date Lilia palmis
CHOTKIEVICZ vobis luxq̄, decusq̄ fuit.

D. D. Z. V.

In nos varia Threnodiarum, Elegorum, Odarum genera, ad extremam
vo cabat oratorum parte: verum decora illa tua, Gryphes, Iacula, Soleæ
& cætera Illustrissimæ familiæ vestræ Symbola, in emblematicâ se-
producta, ita omnium nostrum perstrinxerunt oculos, ita caperunt a-
nos, ut vel invitos ab eis traxerint: nam & tam frequens eorum erat
nevus, ut vix censerî potuerint, & tam artificiosa varietas, ut plerique an-
tium exprimere gestiunt, alienum illis tribuunt, dum ad dolores compo-
& conformare student, propriam formam, & habitum immutant so-

atque primum, illud gemmæ tuæ sydus, volucris genere fera Gryphis emi-
capite & priori corporis parte, formam Aquilæ, adorso nigræ, anteriori
phœnicea purpura punçantis habebat: reliquo corpore sensim in Leo-
m desinebat. Cuius cum ego os aquilinum, oculos igneos, alas ni-
tantes stupeo. Vide inquit vnus ex socijs, quam apte, inde quod Gry-
s duo animalia in suo genere imperantia complectatur, Poëta ad ciuita-
& exercitus mortem CHOTHEVICII alludit deplorantes.

quod Gryphus ducat volucres, & bruta, biforme Stem-
Est animal membris, hinc Aquila, inde Leo. ma J.
GERONYMI deflet cuius milesq; sepulchrum
Spes fuit ille sagi spes fuit ille togæ.

Verum veniamus inquit ad alia, Gryphem similiter & hic vïdeo, sed
erecto ut ante corpore, sine acinace. Proh ut iacet vagina gladio fa-
& toto haustum pectore vulnus alit, forte sibi domini dolore transe-
pectus cum cõmentus est Poëta. sed num sine fundamento videamus?

erneret Eunuchus dum pectus hiare Saulis
Vulnere, quod trepidans fixerat ense manus;
qua fides inquit regem vel morte sequamur,
Et simile in pectus cuspide vulnus agit.
ur stupeas vulnus Gryphi regnare per artus
Ferro, surrecto quod tulit ante pede.
Et suus in Dominos Aquilis amor, estq; Leoni;
Cur desit Gryphi? Gryphs Leo, GRYPHS, AQUILA EST.
E Iugéniose

Ingeniose certe ex natura & amore Leonis ac Aquilæ, Gryphis vtriusque formam complectentis affectum colligit. verum ego sæpius quidem res ad benefactorum se obsequia deuouisse memini, ad mortem nunquam. Nam & Sanctus Sabbas cum Leonis pedi medellam adhibuisset, famulum & asini pastorem eum habuit, & Androtus cum alteri è vestigio perstratæ stirpem exemisset, primum quidem in spelunca triennale hospitem altorem, deinde in circo salutis vindicem habere est meritus, vnde & nata populi acclamatio: Hic est leo hospes hominis, hic est homo miles leonis. Et ego inquit, qui mihi astabat: Scio quatuor Aquilas peruolantes corpus sancti Stanislai dissectum custodisse, scio & sancti Guthberto cum comite inedia laboranti Aquilam è fluuio captam pisci obtulisse, mortem tamen cum quoquam, & pro quoquam, subisse nefas. Non legistis inquam forte, Sophronium, qui leonem Gerasimi Abbatis vita functi presentiam, voce, facie, oculis, merorem præferentibus quisiuisset scribit, se inedia, monasterium rugitu vexasse, demum ad sepulchrum eius, caput non prius lapidi allidere cessasse, quam viuere cessasse. De Aquila audite Aelianum Phalaricus scribit (inquit ille) puerum aquilam educasse murorum adeo se amasse, vt cum puer ægrotaret, aquila ad duitate assideret, cum non ederet ipsa pariter cibum non admittebat, postquam illè vita excessit, atq; efferretur ad monumentum sepulchri, eprofecuta est, post vbi cremaretur in medios rogos se immisit. Quod si est inquit illi, digna poëta inuentio, dignus comite, dignus comitis to versus; sed extra limitem, (quod dicitur) imus, extraxit oleam, pertere vix ante horam cæna scripta hæc possumus, at nos poëtarum enco teximus, poëmatum rationem indagamus. Legite Apostrophem, qua huius vigilem, & assiduo gladium vibrantem, alloquitur Poëta Gryphum.

Ecquid vult ô Gryphs erectum corpus in altum
 Quid romphæa manu, vult bis acuta sibi?
 CHOTKIEWICYIADUM forsan seruas vigil arcem,
 Vt teneat domini pignora tuta sui
 Pone artus Gryphis, radiantem pone macheram
 Nulla, Deum contra vis retinere valet.
 Hesperidum Alcides potuit sopire Draconem.
 Aurea vt ex hortis, sic melimela ferat,
 HIERONYMŪ, Empyreas Deus vt traducat in ædæ
 Non poterit somnum, conciliare tibi?

Hæc cum legissem, licet oculi ad alia properarent epigrammata, non
tamen linguam ab illis tragici Poëtæ versibus continere.

Fatis agimur, cædite fatis,
Non sollicitæ possunt curæ,
Mutare rati stamina fusi
Quidquid patimur, mortale genus,
Quidquid facimus venit ex alto
Seruatq; suæ decreta colus
Lachesis, dura reuoluta manu,
Omnia certo tramite vadunt,
Primusq; dies dedit extremum.
Non illa Ioui, vertisse licet
Quæ nexa suis currunt causis.

Quid nobis homunculis, Gryphis etiam & Aquilis armatis? de plo.
amen miseram sortem licet. Ah Gryphus vnicum Litauæ orbis præsi
discessum parat, & sublato Domino arma resignat, missionem sta

urum poteras Lituania ducere somnum,
Gryphs hic armatus, si vigil esset adhuc:

nc orbatu eo, cui arma, decusq; ferebat

HIERONYMO, mitti se subito inde rogat:

cipe ait ferrum nostrum, generosa propago

HIERONYMI spolijs esto decora mei.

is scit an ille suo vires non conferet ensi?

Non alit imbelles terra beata viros.

Sit vorum celo ratum, da tuo HIERONYME virtutem gladio, gla
on Moschicis, non Liuonicis solum, sed Sueticis, sed Bisantinis ter
castris En patria bello ardet, vndiq; eam circumsonant arma, hinc
nus minatur ignes, inde Bisantinus intentat ferrum Tyrannus, quin
suo inuecta grassatur equo, tot nobis ciues, tot penè simul tecum, to
nina, belli rapit fulmina, vt non minus mihi aptè ad naturam Gry
quo iufesti quam ad temporis calamitatem Poëta alluisse videatur.

O Gryphs, hostile s nosti qui ferre caballos
 Trans pontum, Estonico, Liuonicoq̄ solo.
 En mors HIERONYMUM nobis quæ sustulit, vrbe
 Craci, pallenti, vecta triumphat, equo
 I, cædem domini velox vlciscere, mortis.
 In stygia exanguem, tartara defer equum.
 Crede mihi, nunquam poterit repedare, caballo
 Priuata, in Comitibus Littalidumq̄ lares.

Stem^a 2. Post hæc ad iaculum abrepti sumus, iaculum, quod Dianæ pharetra
 eta, & Apollinis arcu excusso, ad tua aduolauit symbola, iaculum v
 ma 2. non ex illis vnum, quæ corrupto cæli tractu, tota pestilentem sparser
 contagionem Græcia, sed ad cuius (vrolim facialium) iactum, clas
 sonant, tympana boant, tormenta tonant, incensæ ad pugnam militum
 teræ in vulnera & mortem ruunt, iaculum, quod propter ruam in nego
 conficiendis celeritatem ipsum Abarim Apollinis sagittas procurrente
 volatus pernitate superet: propter consilij maturitatem & HIERON
 MI tui pietatem, non iam Pluronis pectus fauciet, sed ipsius Dei cor aper
 indeq̄ mundi contemptum, religionis amorem hauriat.

Inferi, quondam pectus terebrasse Toparchæ,
 Fertur, ab Herculeâ missa sagitta manu:
 Quod terræ rimatus opes, penitensq̄ recessus
 V sibus humanis, fulua metalla dedit.
 Vix nati tenero contortum missile neruo
 HIERONYMI. cuius cor reserasse putas?
 Quem torti tenere inter tot baltea funes
 Inter purpureas, parua cuculla togas.
 Crux hostile notat: crucifixi hic vulnere fluxit
 Contemptus mundi, religionis amor.

Dum in his attonitus hæreo, & iucundissimam adhuc infantuli
 bitus mihi memoriâ refrico, vjde inquit socius lateris, hanc crucem
 læ impendentem & illi subscripta lege.

Pallas amat soleam, solea Mars gaudet, amore

Stem
ma 3.

HIERONYMUS neutri cedit, vtriq̄ placet.

Aptus militiæ, sequitur vexilla Mineræ,

Quo gestet soleam, dignius atq̄ crucem.

CruX soleata domus, solea est crucifixa, virorum

Quos sacra Francisci, Regula rite regit.

Iungat vt hæc, illis, sese coniungere gestit,

Et pauper CHRISTI castra beata sequi.

Mors marti indoluit, tanto priuatus alumno

Quod gemat & iuueni fata suprema parat.

Fata suprema parat, stamen dirumpit, & inquit :

Iam soleatus eas, iam crucifixus, eas.

O Te felicem, ô te beatum HIERONYME, qui vix conceptus iam Deo consecratus, vix in lucem editus, iam habitu vitam religiosam professus, in amore erga eam cum annis, diebus, & horis crescebas. O quam te religio magnum promotorem, quam studiosum habuit cultorem, testatur id nobili Schemate extructum CRETINGÆ Monasterium, testatur templi, testatur supremi illud, quod cum vltimo Spiritu effudisti, habitus sancti Francisci desiderium. Hæc sunt spolia hi triumphii, atq̄ trophæa, quæ illo sublato inuida mors tulisti; vertisti vestem secularem in religiosam, voluntatem, quæ humana, quæ mutabilis fuit, reddidisti immutabilem. Vis plura lege si potes, ad illum de Dracone triumphantem equitem disticha.

Hoc, quod eques torti, direxit in ora draconis

Hastilis ferro, parca cruenta cades

Stem
ma 4.

Parca cruenta cades, cernes, cum regia pompa

Deducet functi funera HIERONYMI.

Puluis hic, à Christo, cernes cum sumet honorem,

Viuere tum cupies, quomodo HIERONYMUM ?

Quamquam nec modo spiritus eius vagatur in gloria, aut in angulo quopiam (vt quidam de animabus fabulantur) desitescit, sed gloriosus, sed beatus in illa ad quam aspiramus triumphat patria: altum quidem caelum, sed

sum, sed non ijs qui virtutis Olympū frequentarunt. En HIERONYMI
scalas quibus ille cæli conscendit. Erāt quasi quidā gradus Zeuxis penicillo
affabre elaborati, qui quo magis ascendebant, eō magis in latitudinem, eō
magis crescebant in longitudinem, quibus hoc subiectum.

Stem^o Hisce ferebatur gradibus virtutis in ædem,

ma 5. HIERONYMUS Litauī gloria rara soli:

Fors alios quæret, cæli dum scandet in arcem?

Communi virtus, gaudet, & astra gradu.

Nec procul inde commune familiæ vestræ & orbi Litauano decus Cata-
phractus ferebatur eques. Quadrupes incessu dolorem, oculis lachrymas;
fessor fronte, vultu præferebat mœstitiam. Et iam vel ab inde ad HIE-
RONYMI tui corpus prosequendum & funeris pompam exornandam se
comparare significabat.

Stem^o Cur terram capulo, dextram mucrone machæra

ma 6. Spectet, miraris, nec rotet ante caput?

Militis ante rogos, vt miles acinace verso,

Lituani gnatum sic ferar ante ducis.

Hinc me iam domum properantem, ad illam socij reuocarunt literarum
cuius sonum non nisi labris compressis, & concluso colligimus spiritu
quem deinde non sine lucta, cum mugitu quodam non tam proferimus quā
protrudimus gutture, rutilabat quidem illa argento, & maiorem dignita-
tem, maioremq; splendorem nigro in quo depicta erat recipiebat campo;
sed inuersa propriam formam perdere, & in v potius vernaculum, vide-
batur desinere, sub hæc illud si recte teneo legebat.

Stem^o Mars genitor tibi Mars & auus fuit, inuida mors M

ma 7. Inuertit, cum te sustulit ante diem.

W Adhuc in hexametro erant socij, cum mihi sinistram inopinarus tubarum
mugitus percussit aurem, cessate inquam socij, tubæ CHOTKIEWICII lo-
quuntur, & cum his me verito, ecce tuos Lituos tua cornua cōspicio. sed
soluta, sed in diuersum sparsa. O tubæ quarum clangor terrori olim fuit
hostibus, quomodo nunc turbata, quomodo disiectæ sine sono, sine vo-
ce iacetis. Dum hæc queror, ecce eas modo simul omnes mutuo inter se
querentes, modo singulas subsidium petentes, modo famam eas solantem
audio. Accedimus itaq; propius, vinculis soluti rationem, & promi-
scue, se Angelis, famæ, Poëtis offerentium excipimus Orationem.

Vinda,

Vincla, licet nostrum teneant adamantina nexū,

Nexum quem stupeat, Gordius ipse Pater.

Nexum quē nullum tempus, quem nulla vetustas

Soluere, nec gladio, Dux valet Æmathius.

Soluit amor domini, vita quem parca solutum

Crudelis, traxit, sub iuga dura necis.

Vnam fama cape, aligeri vnam, vnamq; poëta

Hac sola vitam reddere namq; potes.

Hæc simul omnes; inde singulæ, singulos sibi comites, singulos deligunt socios, quorum ope æternum HIERONYMI seruent nomen, quorum ad miniculo perennem HIERONYMI seruent honorem & prima quidem totam suam spem, totam visa est in Poëtis, & Poësi ponere fiduciam.

Orpheus extinctæ, fertur succensus amore

Eurydices, furuos, mortis adisse lares

Sicq; suas moderasse fides, exanguia vitam

Vt traherent, animo, membra iugata nouam.

Cur ego idem non attentem suffulta cothurnis

Vatum, dulcisonis Pieridumq; choris?

Vltima cum venient supremæ tempora lucis,

Non cytharæ, ast litui, voce resurget homo.

Excipit vltima alterum cornu verba, & altis de penetrali pectore suo spiritijs textit naniam, calentibusq; voris supremæ alloquitur tibicinæ diei.

O fera parca nimis, nimis ô lachrymabile fatum,

Cur non vis domino, continuare dies?

Cur viridi Clotho, stamen dirumpis in æuo

Enossi dignum Mathusalæq; colo:

Proh dolor ad cuius taratantara ferre parabam

Gryphes, succisus ceu rosa verna iacet.

Angelici properate chori, geminate frequentes

Clangores, surget queis rediuuius homo

Si desunt

Stem
ma 8.

Si defunt litui, tuba sum, me sumite, tollam
Clangores, quos mors audiat aure carens.
Sed queror in caelum, vitalis temporis hora
Nondum orta est, nondum viuus ille dies,
Sed tamen, hoc, superi, nequeo si tempote, vestra
Vitalem domino, reddere voce sonum.
Orbis, supremus veniet cum terminus, illum
Non alia ex tumulto, fuscitet oro tuba.

Adhæc tertium ingemiscens cornu, rauca, stridula, vix intelligibili
voce: Ite inquit lachryme, ite, fluite, soluo vincula, laxo habenas, fluite,
perpluite quos iuuare non possum de mini cineres: nec plura locutum ver-
ba vertit in gemitus & vdem ac flebile cornu, pro clangore lachrymarum
fert vniones; veluti, si de marmoris Phidiaci statua, niues solutæ deflue-
rent, vel

Qualis in ætherei, pellucens vertice montis,
Riuus muscoso, profilit è lapide.

vbi hoc fama audiuit quæ nondum post prouulgatam HIERONYMI
mortē discesserat, sed pompam quam alijs referret considerabat, sic ait:

Ecquid CHOTKIEWICADUM disiuncta fatiscunt
Cornua, nec solito classica more tonant.
Hic vnum cerno? quid ô quid fatale maniplis
Suecanis cornu, sic sine voce iaces;
Netimeas domino iaceat quod morte solutus,
Illius, per te nomen in orbe canam
Et quamuis, parua, corpus tumuletur in vrna,
Euadet tristes, nomen, honosq, pyras.
Mortuus est Hector, terræ mandatus Achilles.
Et tamen, hic lituo, viuit vterq, meo.

Tollo hic calamum, taceo, tubæ canunt, fama loquitur. Tu verò Illud
strisime Domine paucula hæc ex innumeris Academicorum threnodijs de
prompta, eo animo quo soles à nobis, ab Academia vniuersa accipe, & vel
in hoc liberum hunc Timanthæo operi similem reputa, quod plura in eo
pareant, quam pareant voluntatis Academicorum in te argumenta.

